1.3.

44 (45) *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραι-
τωρίων.* Τῶν ἱερῶν κανόνων μηδὲ τοῖς θεοφιλεστά-
τοις πρεσβυτέροις μηδὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις διακόνοις
ἢ ὑποδιακόνοις γαμεῖν μετὰ τὴν τοιαύτην χειροτονίαν
ἐφιέντων, ἀλλὰ μόνοις τοῖς εὐλαβεστάτοις ψάλταις τε
καὶ ἀναγνώσταις τοῦτο συγχωρούντων ὁρῶμεν τινὰς
περιφρονοῦντας μὲν τῶν ἱερῶν κανόνων, παιδοποιου-
μένους δὲ ἔκ τινων γυναικῶν, αἷς ἁρμοσθῆναι κατὰ
1 τὸν ἱερατικὸν θεσμὸν οὐ δύνανται. Ἐπειδὴ τοί-
νυν ἡ ποινὴ τοῦ πράγματος ἐν μόνῃ τῇ τῆς ἱερωσύ-
νης ἦν ἐκπτώσει, τοὺς δὲ θείους κανόνας οὐκ ἔλαττον
τῶν νόμων ἰσχύειν καὶ οἱ ἡμέτεροι βούλονται νόμοι,
θεσπίζομεν κρατεῖν μὲν ἐπ᾽ αὐτοῖς τὰ τοῖς ἱεροῖς δο-
κοῦντα κανόσιν, ὡς ἂν εἰ καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἐνεγέ-
γραπτο νόμοις, καὶ πάντας αὐτοὺς τῆς τε ἱερωσύνης
τῆς τε θείας λειτουργίας τῆς τε ἀξίας αὐτῆς ἣν ἔχουσι
2 γυμνοῦσθαι. Καθάπερ γὰρ τοῖς εὐαγέσι κανόσιν
ἀπηγόρευται τὰ τοιαῦτα, οὕτω καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέ-
ρους νόμους τὸ πρᾶγμα κεκωλῦσθαι καὶ πρὸς τῇ εἰ-
ρημένῃ τῆς ἐκπτώσεως ποινῇ μηδὲ εἶναι γνησίους τοὺς
ἐκ τῆς τοιαύτης ἀτόπου συνδιαφθορᾶς τεχθέντας ἢ
τικτομένους, ἀλλὰ τῆς ἐκ τῶν τοιούτων σπερμάτων
3 μετέχειν αἰσχύνης. Τοιούτους γὰρ αὐτοὺς τίθεμεν,
ὁποίους οἱ νόμοι τοὺς ἐξ ἰγκέστων ἢ νεφαρίων τεχ-
θέντας γάμων διορίζουσιν, ὥστε μηδὲ φυσικοὺς ἢ
νόθους νοεῖσθαι, ἀλλὰ πανταχόθεν ἀπηγορευμένους
καὶ διαδοχῆς γονέων ἀναξίους, οὐδὲ δωρεὰν λαμβά-
νειν παρ᾽ αὐτῶν δυναμένους οὔτε αὐτοὺς οὔτε τὰς
τούτων μητέρας οὔτε διὰ παρενθέτων προσώπων,
ἀλλὰ πασῶν τῶν εἰς αὐτοὺς γινομένων παρὰ τῶν
πατέρων φιλοτιμιῶν ὑπὸ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν,
ἐξ ἧς εἰσὶν οἱ τοῦτο ἁμαρτάνοντες, ἐρχομένων
4 Ὅπερ γὰρ οἱ ἱεροὶ κανόνες κωλύουσι, τοῦτο καὶ
5 ἡμεῖς διὰ τῶν ἡμετέρων εἴργομεν νόμων. Εἰ δὲ
καὶ ἐσχηματισμένη τις γένοιτο δῆθεν ἐνοχὴ ἐν προσ-
ποιήσει δανειακῶν ἢ ἄλλων συμβολαίων ὑπεύθυνον
ποιοῦσα δῆθεν τὸν τῆς τοιαύτης φθορᾶς μετασχόντα
καὶ ταύτην ἀνίσχυρον εἶναι βουλόμεθα καὶ τὴν τῶν
τοιούτων δόσιν οὐκ εἰς τὸ πρόσωπον, εἰς ὅπερ ἐκτέ-
θηται τὰ τῆς συγγραφῆς, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἐκ-
κλησίαν ἔρχεσθαι. *D. XV k. Nov. Constantinopoli
Lampadio et Oreste vv. cc. conss.* [*a.* 530]

id est:

Idem A. Iuliano pp.

Cum sacri canones neque religiosissimis presbyteris neque devotissimis diaconis vel subdiaconis post talem ordinationem nuptias contrahere permittant, sed solis devotissimis cantoribus et lectoribus id concedant, quosdam posthabitis sacris canonibus liberos procreare videmus ex mulieribus, quibus secundum sacerdotalem regulam copulari nequeunt.
1 ¶ Ac quoniam poena delicti non erat nisi sacerdotii amissio, nostrae

vero leges sacros canones non minorem vim quam leges habere volunt, sancimus quod ad illos attinet valere quae sacris canonibus visa sunt, perinde ac si et civilibus legibus scripta essent, eosque omnes tam sacerdotio quam sacro ministerio et ipsa dignitate quam tenent privari.
2 ¶ Quemadmodum enim sacris canonibus ea interdicuntur, ita et secundum nostras leges rem inhiberi et praeter memoratam electionis poenam nec legitimos esse qui ex tam absurdo amplexu nati sunt vel nascentur, sed contaminentur ignominia, quae eiusmodi procreationes comitatur.
3 ¶ Tales enim eos esse volumus, quales ex incestis vel nefariis nuptiis procreatos leges definiunt, ut ne naturales quidem vel spurii intellegantur, sed omnino interdicti ac parentum successione indigni neque donationem ab isdem accipere possint neque ipsi neque matres eorum ne per interpositas quidem personas, sed ut omnes liberalitates a patribus in eos collatae perveniant ad sacrosanctam ecclesiam, ad quam pertinent qui talia commiserunt.
4 ¶ Quod enim sacri canones prohibent, id etiam nos legibus nostris vetamus.
5 ¶ Quod si quae simulata cautio sub specie mutui vel aliorum contractuum fiat, quae obliget eum qui talis stupri particeps fuit, et hanc inutilem esse volumus et eiusmodi dationem non ad personam quae scriptura continetur, sed ad sacrosanctam ecclesiam pervenire.